

8
Q. D. B. V. Cr. 6. num. 8.
DISSERTATIO INAUGURALIS
JURIDICA,

De 1713/11

JURE PRINCIPIS CIRCA POENAM,

Quam
ANNUENTE DIVINO NUMINE

Ex

DECRETO

Excellentissimi & Amplissimi

RECTORUM ORDINIS
in Regia quæ Duisburgi Clivo-
rum floret Universitate

PRO LICENTIA

Summos in Utroque Jure Honores, Immunitates &
Privilegia rite ac more majorum consequendi

Publicæ Eruditorum disquisitioni submittet.

WILHELMUS ALBERTS,

CLIVIA CLIVUS,

Ad diem Julii, horis locoque consuetis.



Börner.

DUISBURGI ad RHENUM,

Typis JOANNIS SAS, Academiae Typographi,
Anno M DCC XIII.

3. 10. 17

17. 10.

V I R I S

PRÆNOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, EXCEL-
LENTISSIMIS AC CONSULTISSIMIS,

DN. PAULO de FRIDEBORN,

Regiæ Borussiacæ Majestatis, Supremi Regiminis,
Ducatus Cliviæ, ac Comitatus Marchiæ, Consilia-
rio intimo splendidissimo, ac Receptori Pecunia-
rum Publicarum Rei Militari destinatarum supre-
mo exactissimo.

DN. CORNELIO von GROIN,

Regiæ Majestatis Borussiacæ Consiliario dignissi-
mo, ac Advocato Fiscali integerrimo.

**DN. REINHARDO WER-
NERO LELY,** Regiæ Maje-

statis Borussiacæ Consiliario Meritissimo ac Secre-
tario à Secretis, Regiminis Ducatus Cliviæ, ac Co-
mitatus Marchiæ fidelissimo.

**DN. ARNOLDO HERMAN-
NO von der PORTZEN,**

Status Equestris Ducatus Cliviæ Syndico consu-
matissimo, ac J. U. Doctore Celeberrimo.

DN. RUPERTO EICHMAN,

J. U. Doctore, & causarum Patrono famigratissimo.

DOMINIS AC FAUTORIBUS ÆSTI-
MATISSIMIS SACRUM.

PRÆNOBILISSIMI, AMPLISSIMI, EXCEL-
LENTISSIMI AC CONSULTISSIMI
D O M I N I.



Multum varieque mecum deliberavi
VIRI AMPLISSIMI qua specie has
curas Academicas postremas quibus
brevis discessum ex Academiis medi-
tor, Vestris nominibus inscribere ac
securè dedicare possem. Tandem
cum inter officia, quibus homo ho-
mini obstrictus; animo occurreret,
minimè eum societatis leges exhaurire, qui nullo infe-
sto ac damno facto alios insultat, aut æstimationem
debitam illis detrahit, per quæ justa duntaxat odii
causâ remouetur: Sed qui præter id quid proficui pro
viribus præstat, unde vita humana redditur instructor.
Hinc etiam, qui me lubens hac obligatione quadante-
nug eximerem perutile duxi, Vobis AMPLISSIMIS
DOMINIS qui magnæ hujus societatis præstantissima

ac

ac utilissima membra estis, hæc levidentes pagellas humili quasi manu offerre, ut totius generis humani nomine cognoscatis, num illo tempore quo sub Musarum sacris fui huic obligationi in parte aliqua satisfecerim. Quondam summè laudabilis mos apud Ægyptios fuit, ut subjectos ad honestam artem excolendam adigerent, & ignavos aliisque graves fruges tantum consumere natos maturè è Republica extirparent, ut universi nomina sua quotannis apud Magistratum profiterentur, indicantes simul, quo proventu ac vitæ genere sibi quisque victum compararet. Optandum merito PRÆNOBILISSIMI DOMINI ut hæc consuetudo nostris temporibus adhuc vigeret, & ut Ordines circa eam rem æque vigiles essent; forsitan Illi longè beatiores & non ita ad interitum usque languescentes exstarent. Ita enim sanior, auspiciator ac longè fructuosior emergeret administratio regiminis. Ita efficeretur ne opes à majoribus partæ à quibusdam ita indignè per ignaviam in perniciem Reipublicæ deglutirentur, sed per omnia in ejusdem commodum honestis quæstibus quotidie exaugerentur. Et tandem ita fieret, ut prævalidi ac numerosi mendicantes à fordidâ vivendi viâ revocarentur. Quanquam autem verum sit & experientia nos satis edoceat, quod per prudentem facultatum nostrarum gubernationem fortunam nostram pro lubitu fabricare ac semel stabilitam inconcussam servare haud semper possimus: præsertim cum plurima à moderamine Divinæ providentiæ dependeant; ita ut exacta observatio hujus justitiæ universalis si Remp. spectes non adedè necessaria videatur. Attamen his minimè ii deterreri debent, qui leges naturales non solum justitiæ, sed etiam promiscua officia

humanitatis respicientes explere cupiunt, persuasi temporibus quoque perditissimis virtutis Patronos, inter quos Vos **AMPLISSIMI DOMINI** merito collocandi remanere; Sed ultra id etiam indefinenter rectitudinem conscientiae unumquemque per modum praemii consolari. Deus qui occulto consilio providentiae suae diversos per diversa genera casuum rapit, vos assertores justitiae ac promotores humanae societatis benigne servet, atque omnem felicitatem vobis ex votis largiatur.

Ita optat.

**EXCELLENTISSIMORUM ET NO-
BILISSIMORUM NOMINUM
VESTRORUM**

Cultor devotissimus
WILHELM ALBERTS.



DISSERTATIO INAUGURALIS
JURIDICA

De

JURE PRINCIPIS
CIRCA POENAM.

§. I.



Um paucis datum sit boni civis numeros explere, plurimi enim per totam vitam pravi cives & animalia non politica manent: quin potius nullum homine animal ferocius, aut indomitum magis, & quod in plura vitia pacem societatis perturbare apta sit proclivius. Samuel Puffendorff *de*

Jur. Nat. & Gent. l. 7. cap. 1. §. 4. Inde necessum etiam fuit ut omnis Respublica praemiis & poenis fundaretur, ita ut in bene merentes praemia, in male meritos poenae cum efficacia transponderentur. In hisce etiam duobus justitia maxime versatur, qua remota regna non nisi magna essent latrocinia. Augustinus *l. 4. de Civ. Dei cap. 4.* Et quemadmodum corpus perfectum dici nequit, quod duobus brachiis est destitutum, sic etiam Imperans praemii, poenaeque non subnixus columnis, solide regiminis Politici aedificium conservare vix potest. Etenim nulla domus nec Respublica stare potest,

potest, si in ea nec recte factis præmia, nec peccatis supplicia existant, bene monente Cicerone *de Natura Deorum*. Hinc oportet Superiores aliquando uti præmiis, ut cives ad obedientiam magis proclivos allectent, & poenis in facinorosos ne beatitudo civitatis inquinetur aut infestetur. Nam noxio parcere ut innoxii inde malè sit crudelis misericordia. Et Principem æquè multa supplicia non dehonestant, quam Medicum multa vulnera, nulla siquidem major victima Deo mandari potest quam si iniqui puniantur secundum Paulum de Castro in *l. 3. Cod. de Episc.*

§. II.

In genere autem poena hæc describi potest per malum passionis, quod infligitur ob malum actionis, seu malum aliquod molestum, quod per modum coactionis & pro imperio alicui intuitu antegressi delicti imponitur. Nam quanquam pro poena quibusdam injungi opera quædam soleant, ea tamen opera spectantur tantum quam molesta, atque idè ad passiones sunt referenda. Quæ verò incommoda patiuntur aliqui ob morbum contagiosum, aut alias impuritates, quales multæ existant in Lege Hebræa, puta arceri coetibus aut functionibus, propriè poenæ non sunt, quanquam ob similitudinem quandam & per abusionem eo vocabulo appellitantur.

§. III.

Ut autem quis poenis subjugari possit necesse est ut ipsi lex duas partes continens, alteram definitivam, alteram vindicativam à superiore sit lata (nam falsa est Grotii sententia quælibet peccata ita deformare hominis dignationem ut ob ea patrata statim velut inter bestias sit referendus & quovis alio inferior censendus, qua-

qua-

quaque ex hominum censu detrudendus) ex cujus
 observatione ipse vel præmia. Aut saltem fruitionem
 bonorum quæ vitam civilem comitantur habeat : ex vio-
 latione autem malum aliquod à legibus determinatum
 non immerito persequatur. Legem hanc definimus de-
 cretum quo superior sibi subjectum obligat ut ad jus-
 tum istius actiones suas dirigat. Decretum dicimus non
 quod intra mentem & voluntatem decernentis subsistit,
 sed quod subjecto est insinuatum, tali modo ut neces-
 sitatem ad idem sese componendi intelligat. Ubi etiam
 parum putamus interesse legem quis decretum vocet,
 an orationem, modo non credatur ad legem esse ne-
 cessarium, ut verbis in scriptum relatis promulgetur. Et
 quanquam per eandem velut frenum moralem nostræ a-
 gendi libertati ut in diversam quam quo illa ducit par-
 tem tendere recte non possimus, injiciatur, tamen per
 eam voluntas haudquaquam ita stringi potest, ut sal-
 tem de facto & nostro periculo in diversa ire non detur.

§. IV.

Circa poenam tamen maximè corporalem iste primo
 loco occurrit scrupulus, quomodo ejusmodi potestas à
 singulis in civitatem profluxerit. Præprimis cum ne-
 mo hominum unquam illud jus in se ipsum habuerit,
 neque per consensum spontaneum transfulerit. Nemo
 enim delictum admittit, quin non simul speret sese la-
 tendo aut alia ratione poenam declinaturum. Ast sci-
 endum haud absurdum esse meo consensu potestatem
 quam constitui, quæ potestas postea actus aliquos in
 me invitum exercere queat. Etsi quod in ipsam pote-
 statem consenserim queri non possim, si illa in me vi-
 res suas exerat. Peccata autem cum debitis compa-
 rantur, non quasi quis ad poenam sustinendam ex con-
 sensu

B

sensu

sensu teneatur, sed quia Legislator non minus potestatis nactus fuit ad hanc à delinquente, quam creditor ad mutuo datam pecuniam à debitore exigendam.

§. V.

At homo cum hominem sibi natura parem punit, aliquid sibi debet habere propositum. Et hoc est quod Scholastici ajunt: non debere in malo cujusquam acquiescere ulciscens animum. Sed & ante ipsos Plato in Gorgia, eos qui quenquam morte puniunt, aut exilio aut multa, non hoc simpliciter velle, sed boni alicujus causa. Seneca ad vindictam veniendum, non quasi dulce sit vindicare sed quasi utile. Pugnat enim cum natura hominis in hominem agentis alieno dolore fatiari.

§. VI.

Necessario ergo in poenis infligendis tres fines quam maximè respiciendi, præsertim cum sancta observatio societatis humanæ mandata sit. Primus ut delinquentis animus quantocius emendetur, & à libidine peccandi purgetur eo medendi modo, qui est per contraria. Nam quia omnis actio præsertim verò frequens ac deliberata quandam gignit sui proclivitatem, quæ adulta habitus dicitur, ideo vitiiis quamprimum fieri potest adimenda illecebra, quod fieri rectius nequit quam si dolore quodam subsequente saporem amittant dulcedinis. Et contra peccata remedium est accelerata correctio, ne scilicet malum ex perseverantia augeatur. Unde Ovidius canit *de Remedio Amoris*:

*Nam mora dat vires: teneras mora percoquit uvæ:
Et validas segetes, quæ fuit herba, facit.
Quæ præbet latas arbor spatiantibus umbras,
Quo posita est primum tempore, virga fuit.*

Tunc

*Tum poterat manibus summa tellure revelli:
Nunc stat in immensum viribus aucta suis.
Principis obsta: sero Medicina paratur:
Dum mala per longas convaluere moras.*

Et paulo post:

*Vidi ego, quod fuerat primò sanabile vulnus,
Dilatatum longe damna tulisse mora.*

Alter poenarum finis est utilitas ejus cujus intereat non esse peccatum, seu qui alterius peccato læsus fuit, ut ne idem quid in posterum ab eodem patiat. Id quod obtinetur tribus modis, si tollatur qui deliquit: si vires nocendi salva vita adimantur: puta si in custodiam detur, si arma & instrumenta nocendi auferantur, si in remotum locum seponatur, & denique si suo malo dedoceatur delinquere. Ne autem qui læsus est ab alio deinceps lædatur non quavis punitione sed aperta, & conspicua, quæque ad exemplum pertinet, obtinetur. Unde est quod ferè supplicia sumi soleant non intra angulos carcerum, sed locis celebribus & cum terribili apparatu, qui terrorem animis vulgi incutere valent. Tertius est utilitas indistinctè quorumlibet dum per severitatem securitati omnium consulitur.

§. VII.

Ad quam autem justitiæ speciem poenæ sint referendæ, magnus est Doctorum conflictus, ita ut hunc Rachelius *de poenis l. 4. Th. 30.* Vorticofum gurgitem nominet. Multi enim ad justitiam distributivam eas referre volunt, uti Vinnius *ad princ. Inst. de just. & jur. n. 2.* Wefenbecius *ad hunc tit. n. 11.* & Bruneman. *ad Wefenbecium quest. 9. de just. & jur.* alii ad justitiam commutativam illas referre maluerunt, uti Hahnus *ad Wefenbecium hoc tit. n. 11.* & Eckholt *hoc tit. §. 12.* Puffendorff

dorff in *elementis jurisprudentia universalis lib. 1. defn. 17. §. 4.* ad neutram justitiæ speciem quadrare, sed ad justitiam, ut ille vocat, vindicativam pertinere contendit. Alii verò distinctione rem componere nituntur distinguendo inter pœnas uniformes & arbitrarias, ita ut in pœnis uniformibus judex justitiam commutativam & consequenter proportionem Arithmeticam attendere, in pœnis autem arbitrariis justitia distributiva & proportio Geometrica spectari debeat, sic ut Nobili pœna pecuniaria, civi carcer, & rustico relegatio vel fustigatio ob unum idemque maleficium dictari possit. Franzk. *ad instit. & ff. de just. & jur.* & Berg *ad Laurerbach. ad tit. de just. quæst. 1.* ego autem horum sententiæ calculum addo, qui ad urramque justitiam pertinere statuunt.

§. VIII.

Quamvis autem & juræ naturali, divino & civili sit conveniens ne delicta sint impunita, cum in eo præcipuè sit Magistratus officium, hinc Deut. 17. *§. 5.* & cap. 19. *§. 20.* dicitur: ne parcat oculus tuus ne Deus omissionem pœnæ vindicet. Inde etiam non nisi solo lumine naturæ illustratus Cicero *Orat. in Verr.* ait: qui uni improbo parcat, multis bonis minatur. Judex enim non debet esse clementior lege. *Nov. 82. cap. 10. & Nov. 101. in præfat.* ne divina justitia ob humanæ justitiæ perversam administrationem ad justam iram terræque totius everisionem provocetur *Nov. 77. cap. 1.* pœnæ enim remissio incentivum est delinquenti in aliis per *l. 14. Cod. de pan.*

§. IX.

Non tamen semper opus, ut civitatum rectores qui facultatem malos puniendi habent, omnes & singulos trans-

transgredientes puniant, sed hoc dependet ex connectione finium ob quos poena est instituta cum ipsa poena. Quare si certo casu fines illi morali aestimatione non sunt necessarii, puta si non sit consultum aliquod delictum divulgare, & poenae omissione eadem aut major utilitas obtineri possit hæc intermitteri potest. Unde etiam cum communi Doctorum Schola omnibus superioritate territoriali gaudentibus, in ditionibus suis, sicuti leges condendi & certas in transgressores poenas statuendi jus habent, ita legibus derogandi poenasque statutas tollendi potestatem concedo. Gail. lib. 2. obs. 57. n. 7. & lib. 1. de pace publica cap. 1. n. 10. quem laudat perillustri Lynck resp. 143. n. 48. In puniendis enim criminibus principes patrato crimini poenam jure communi præstitutam remittere, vel eandem mitigare & sic capitale in corporalem & corporalem in pecuniariam mutare possunt. Nequè enim Principes illustriorem gloriam unquam referre possunt, quam ex clementia, Antimachus lib. 3. p. 600. & 657. Quæ etiam parentes populi fecit Augustum & Ludovicum XII. Regem Galliarum. Et sola Deos æquat clementia nobis juxta illud Claudiani, cum contra crudelitas invidiam & odium subditorum irreconciliabile pareat exitiumque non raro asserat, ut rectissimè dixerit Ovidius:

Dextera præcipue capit indulgentia mentes:

Asperitas odium servaque bella movet.

Odium accipitrem, qui semper vivit in armis:

Et pavidum solitos in pecus ire lupos

Sit piger ad poenas Princeps, ad præmia velox:

Et doleat quoties cogitur esse ferox.

§. X.

Dicitur autem hæc dispensationis species jus aggraviandi

B 3

tiandi, Germanicè das **Begnädigungs-Recht** der maleficanten. Vocatur etiam in legibus indulgentia, remissio poenæ, impunitas facinoris, **die erlassung und begnädigung der andictirten straff**. Lauterbach *in Collegio theor. pract. ad tit. pand. de penis* §. 29. quamvis autem non inficias eamus quod vocabulum *aggratiare* sit barbarum, & apud elegantioris Latinitatis Scriptores non reperiatur, cum vox hæc ab usu elegantiaæ latinæ deflectat. Recepta tamen apud Jurisconsultos loquendi consuetudo, hoc vocabulum admisit, quod descendit à gratia, aded ut *aggratiare* nihil aliud sit, quam gratiam facere alteri, & in nostro significato ob gravem rationem veniam delicti facere & largiri. Videtur Clafen *de jure aggratiandi cap. 4. §. 1.*

§. XI.

Definitur autem jus aggratiandi de quo in præfenti paucis agere est animus à Doctoribus variè. Citatus Clafen *loco all. §. 2.* ita describit. Quod sit justa ordinariæ seu expressè in legibus definitæ poenæ ob veram quandam rationem ab absoluta potestate per remissionem facta derogatio. Swederus *in jur. publ. parte speciali Sect. 2. cap. 14. n. 4.* definit: quod sit regia reis promeritas poenas criminales cum judicio remittendi, aut attemperandi & mitigandi potestas. Vitriario *in institutionibus jur. publ.* hæc definitio arridet, quod sit dispensatio ubi princeps reum crimini obnoxium ex singulari gratia poena liberat, vel eam in toto condonando, vel poenam corporalem in poenam pecuniariam commutando, vel condonando vel mox restituendo. Alii adhuc describunt, quod sit actus quo poena promerita delinquenti vel planè remittitur, vel in mitiorem convertitur.

§. XII.

§. XII.

Quamquam nunc jus aggratiandi quidem optima nī-
 tatur ratione, attamen multi fuerunt qui iustitiam hu-
 jus juris in dubium vocare ausi, utpote Wissenbach. *ad*
Instit. Disput. 3. §. 29. ubi ita ratiocinatur: Principi hanc
 potestatem jura tribuerunt ut facinoroso crimen indul-
 gere possit, sed id non est ex usu Reipublicæ & sacra-
 rum Literarum autoritate optimè convellitur. *Gen. 9.*
ψ. 5. 6. 1 Reg. 20. ψ. 42. Levit. 24. ψ. 16. Heb. 10. ψ. 28.
 additque exemplum Ludovici Pii: qui gratiam homini
 noxio factam, cum post scelus condonatum in versu-
 culum 3tium *Psal. 106.* incidisset: *Beati qui exercent ju-*
stitiam, ex tempore irritam habuit & revocavit. Hinc
 superaddunt rationem quod juri divino & gentium su-
 periores sint subjecti, & hinc cavere debeant ne deli-
 ctis conniveant. Sicuti enim non severitatis ita nec
 lenitatis affectanda gloria. Oldenkop in *Observatione*
Crim. tit. 5. obs. 20. n. 5. Ubi refert exemplum Saulis qui
 pepercit Agag hostium Regi quem prohibuerat divina
 sententia servari. Hinc etiam memoria dignum esse Bi-
 antis dictum, qui damnaturus quendam ad mortem la-
 chrymatus est hominis meritò deplorandam fortunam,
 verum cum quidam dixisset: quid est quod desleas cum
 in arbitrio tuo sit hominem condemnare, aut liberare;
 respondit Bias: necessarium quidem esse naturæ con-
 dolere, à lege autem & justitiæ regulis discedere ma-
 gis periculosum videri, ut refert Stoba *Serm. 44.* & Be-
 fold. *Disput. Polit. 3. Clas. 1. n. 14.* sed facilis ad has & alias
 objectiones est responsio, vel enim loca ex sacris pro-
 ducta loquuntur de Statu Reipublicæ Judaicæ & sic le-
 ges forenses non obligant, leges enim accommodandæ
 Reipublicæ non Respublicæ legibus, vel responderi
 potest,

potest, quod intelligendæ sint in thesi, non autem hypothesi & in applicatione, videatur Mæsterius de *Justitia Legum Romanorum*. Jus aggratiandi est justum non ex legis & juris provisione, sed ex extraordinariis justis principiis. Leges enim definiunt in genere quæ pœnæ cuique delicto debeantur non consideratis peculiaribus circumstantiis. At venia singulis indulgetur ob certas rationes quæ haudquaquam in omnibus peccantibus aut semper deprehenduntur, non enim Principi in condonandis pœnis voluntas vaga, sed certis & justis causis subnixa conceditur, qua in re nec faciles, nec nimis frequentes esse debent: nam generalis lex summorum imperantium est: *Salus populi suprema lex esto*: & Plato: nemo in aliquo principatu imperans quatenus Princeps est quid sibi conferat, cogitet, aut præcipiat, sed quod subjectis conducit, & quæ dicit quæque facit cuncta ad illorum utilitatem decoremque dicit & facit, ea enim intentione in istos Imperium esse collatum, ut per id procuraretur finis ob quem civitates sunt institutæ, inde credere ii debent nihil sibi privatim expedire, quod non idem expediat civitati.

§. XIII.

Hoc jus nunc juxta Politicorum ac Jurisconsultorum sententiam ad regalia refertur, primasque in Imperio Romano Germanico hic sibi Imperatoria Majestas non sine ratione vindicat, ejus enim est abrogare cujus est sancire, & superior reo veniam indulgendo privilegium quasi ipsi dat contra leges communes, quod signum Majestatis & Regale perhibetur. Carpz. *in praxi Crim. part. 3. quest. 150. n. 14. 15. & seq.* Struv. *exercit. 49. th. 89.* ibi Mullerus *in Notis*.

§. XIV.

§. XIV.

An verò Imperator Romanus ad exercitium hujus juris consensu Statuum Imperii opus habeat, quærunt Doctores: aliis affirmantibus, aliis negantibus. Nobis illorum placet opinio, qui consensum Statuum Imperii restringunt ad jus aggratiandi, si quis peccavit contra leges Imperii fundamentales in Comitibus omnium ordinum consensu latas, ita ut Imperatori in totum integrum non sit illarum poenas pro lubitu remittere, augere ac condonare sine reliquorum statuum applausu, V. G. si quis Bannitus fuerit.

§. XV.

Non solum Imperatori, sed & sine dubio Regibus & in Imperio nostro Electoribus, Archiducibus, Ducibus, Principibus, Marchionibus, Landtgraviis, Comitibus, Baronibus immediatis, quin & Civitatibus liberis Imperialibus vulgo *den freyen Reichs-Städten* propter jus sublime quo corruscant, & regalia quæ in provinciis suis exercent hoc jus aggratiandi tribuo. *Clasen de jure aggr. cap. 7. per totum.* Muller ad Struv. dicta th. G. Stryckius *in usu moderno pand. ad tit. de sent. passis & rest. §. 1.* ubi allegat Mylerum ab Ehrenbach *de principibus & statib. Imp. p. 2. c. 50. §. 13. & seqq.* nec immerito cum Status Imperii in suis territoriis repræsentare, idemque posse dicantur quod Imperator in Imperio.

§. XVI.

Hactenus de Imperatore & Principibus secularibus Imperii actum, nunc etiam non intempestivè quærendum, num Pontifici Romano, Episcopis, Principibus Ecclesiasticis aliisque Clericis jus aggratiandi maxime ubi de vita & sanguine hominis agitur competat? Negandum

C

gandum id esse videtur, quia regnum spirituale docendo, monendo & quod summum est à piorum cœtu pietatis causa congregato impios excludendo absolvitur. *Matth. 28. v. 19. in fine verbo docete & Matth. 18. v. 15.* & Jura Canonica pœnarum atrocitatem etiam exhorrent, & disciplina Ecclesiastica non est ad mortem, sed emendationem. Unde Clerici sententiam sanguinis dictantes irregularitatem incurrunt, Ecclesia enim non habet gladium, nisi spiritualement, & non occidit sed vivificat, neque jus exercendi, neque remittendi pœnas capitales habet. Cum verò tam in Pontifice quam cœteris Principibus Ecclesiasticis duplex conveniat persona & potestas, alia Ecclesiastica, alia Secularis, & hujus secularis officium sit non solum legis patrocinium suscipere. *Deut. 17. Josua cap. 1.* atque totam religionem sub alis suæ potestatis securam tueri, vide textum in Jure Divino *Jos. 1. v. 8. Jos. 5. v. 7. 2 Reg. cap. 6. 1 Reg. 5. v. 2.* Sed & subditos laudabiliter securos reddere. Hinc Pontifici cœterisque Principibus Ecclesiasticis non adscribo jura Regalium, vel ferendi leges, nec vel aggratiandi quatenus sunt Sacerdotes, & jure suprematus carent, jusque aggratiandi quo ad effectum remittendi pœnam non habent, sed quatenus sunt Principes & status, jus principatus quo investiti obtinentes in ditionibus suis exercere possunt. Et quod olim de Episcopo Herbipolensi saltem fuit dictum:

Herbipolis sola judicat ense, stola.

Illud hodie de omnibus Episcopis Ecclesiasticis tuto asseri posse ex *Zieritzio tradit, Dn. Stryck in elegantissima dissertatione de abolitionibus criminum cap. 2. n. 92.*

§. XVII.

Quantum verò ad capitulum num etiam huic jus aggratiandi

gratiandi fit adjudicandum paucis tangemus. Sanè hoc Episcopali potestate non fulgente, cum potestas hujus fit merè Vicaria & quicquid facit sede vacante, per omnia Episcopum repræsentet maximè fluctuandum. Et quia Episcopus qua talis licet superior capitulo jus aggratiandi non habet: Ergo multo minus capitulum qua tale seu collegium sacrum illo jure gaudere potest. Si verò Episcopus qui annexam habet jurisdictionem secularem, usumque Regalium moriatur, tum capitulum demum succedit in administratione tam spiritualium, quam temporalium, & ita sede vacante judicare, condemnare, absolvere, & jus pœnas remittendi exercere potest. Non quatenus succedit in jus Episcopi, sed quatenus succedit in jurisdictionem temporalem, & administrationem rerum secularium. Et quia Episcopo, quatenus obtinebat Regalia, licitum erat veniam transgressoribus legis indulgere, utique hoc capitulo concessum quatenus hoc specialiter non prohibitum, vel consuetudine aliud introductum est.

§. XVIII.

Sicuti in Republica Regi, vel cuique superiori ita in familia patri jus hoc gratiæ, seu impunitatis cum summum in familia imperium habeat tribuit Strauch. *in diss. 29. th. 30.* cui plane consentit Puffendorff *lib. 6. cap. 2. §. 11.* ubi ita scribit: *Sanè enim familie segetes uti aliquid instar civitatum habent, ita eorundem capita aliquid analogum imperio obtinent. Locum enim in illis habet jus necis, & vitæ ex delictis, aliquid instar potestatis legislative exercendum, nec non jus armorum & sederum faciendorum.* Constituitur autem isthoc imperium patris in liberos jam adultos ex pacto tacito, dum pater jussa sua etiam extendit ad talia, quæ educationem

fili non spectant, filius autem obsequium capeffit, id quod & lex æquitatis gratique animi suadet, ut filius illi potius vires suas accommodet, per quem ipse habet, quod talis jam est, donec ipsius patris consensu isthoc imperio solvatur. A qua opinione recedit Thomafius in notis *ad d. diff. Srauchii 29. th. 30.* ubi ait: cum patri summum imperium non nisi improprie tribuatur, non habebit jus aggratiandi nisi in delictis levibus & ratione levium poenarum, quæ à patribus familias irrogari solent, id quod tamen & ipsum non nisi improprie jus aggratiandi dici potest. Sed prior sententia mihi videtur plausibilior ac sanior.

§. XIX.

Postquam jam late superioribus suprematum territorialem possidentibus solummodo jus aggratiandi & veniam indulgendi competere tradidimus, ita nunc etiam sua sponte quasi fluit, magistratui inferiori merum imperium etiam habenti id abesse, ex ratione quod Regalia non habeat uti expeditum est. Utique ex sola vi, ac efficacia meri imperii seu jurisdictionis altæ *vermöge der Obergerichten* supplicium rotæ, ignis, suspendii, gladii lege expressa determinatum, in mitiorem poenam transmutare non potest. Pet. Heig. *par. 2. quest. 22.* Prosp. Farinac. *in praxi crim. lib. 1. tit. 1. quest. 6. n. 2.* Nec obstat quod ejus sit absolvere, cujus est condemnare, nam id solum verum est de restitutione justitiæ, non verò gratiæ Mullerus *tit. de sententiis passis & restitutis.*

§. XX.

Quamvis tamen judici inferiori jus aggratiandi non competat, jure tamen malignis poenam mitigandi non destituitur. Dispensare enim est à lege quempiam ex subditis

ditis excipere, eique licentiam ac facultatem concedere sine qua legi esset obnoxius. Quæ dispensatio iis tantum competit, penes quos in Republica summa residet Majestas. Et quando Princeps in delictis dispensat non tam mitigare, quam aggratiare dicitur. Mitigatio enim ad interpretationem legis pertinet, quæ fit secundum æquitatem, cum aliquo temperamento, per interpretationem autem obligatio non tollitur, sed declaratur saltem & applicatur ac ostenditur ipsam legem per se propter causam cessare, sicut eleganter tradit Zieglerus in *Dicastice concl. 36. §. 44.* mitigatio illa autem debet fieri ex causa aliqua non autem ex affectu aut amore auri, prout hodie sæpius fieri solet, ut ferme in proverbium abijt:

**Den Geld / Gewalt und Herren Günst
Zubricht Ehr / Recht und alle Kunst.**

§. XXI.

Quia verò communis est Doctorum opinio, quod Principes, summumque regimen habentes, providè cavere debeant ne semper, nec quibusvis sine gravissima causa reis gratiam indulgeant, nam autoritas legum maximè vilesceret ac enervaretur, si citra solidam rationem poenarum executionem omitterent. Et Principes & superiores: ultro ad peccata invitare viderentur, si majorem causam præberent veniam sperandi quam poenam metuendi. Igitur etsi quarumvis legum humanarum vis à voluntate humana dependeat, non in origine tantum sed & in duratione. Non tamen illæ tolli debent nisi gravi urgente causa, alioquin in regulas prudentiæ rectoricis maximè impingeretur, imò gravius videretur citra probabilem causam legem manentem certis in personis non exequi quam eandem penitus tollere.

tollere. Cum illic acerbissimis querelis, invidiæ, indignationi occasio præberetur, quod æqualiter meriti, æqualiter non habeantur. Et sic ex gratia fieret injuria, & benefaciendo labefactaretur justitia, ut loquitur Carpz. *de lege Regia Germ. cap. 9. Sect. II. n. 7.* Cum autem causæ moventes ad dispensationem sint variæ, paucis quasdam apponere lubet. Sunt autem causæ impellentes ad exercitium aggratiandi plenè, à causis impulsivis ad mitigationem pœnarum probè distinguendæ, quas abinvicem optimè separavit Clafen in sæpius *alleg. tract. cap. 13. & 14.*

§. XXII.

Ad priores causas referuntur, & inter has prima, si peccata paucissimis cognita, quorum publica traductio non est necessaria. Nam multi à peccatis sese abstinent, magis ignorantia vitiorum, quam amore virtutis, qui ejusmodi delicti antea cogniti pœna non tam deterrentur, quam per petulantem curiositatem ad idem patrandum incitantur ac in vetitum tendunt. Quo collimat etiam ratio Solonis, quare legem de parricidio non tulerit, ne non prohibere, quam admonere videretur. Et hac de causa Turcæ in occulta flagitia non valdè inquirunt, ne locum aperiant calumniæ; manifesta autem & comperta graviter puniunt Busbequius *Epist. 3.* Secunda ætas infantilis. Tertia somnus. Quarta mandatum superioris circa quam tamen multi dissentiant. Quinta factum absolutè coactum, ut si mulier honesta ne pudicitiaë jacturam faciat, quem occidat. Sexta meritum insigne ac ingens beneficium in Remplicam collatum. Uti in *lege 2. §. 7. ff. de Origine Jur.* Flavius scriba librum Appio surreptum tradidit populo, hinc factus Tribunus plebis & Ædilis curulis, &

& sic ex furto, maximos consecutus honores. Hac etiam ex ratione Marcus Antonius liberavit Marcum Aquilejum manifestum criminis repetundarum, dum causa propè perorata, eum in conspectu omnium constituit, tunicam ejus à pectore abscidit, ut cicatrices populus Romanus Judicesque adverso corpore acceptas aspicerent. Et Darius Sadocen quem cruci affigi jufferat, quod ex Judicibus Regiis esset & iniquam sententiam ob pecuniam tulerat, sed dum plura ejusdem beneficia recordaretur in domum Regiam exstare quam peccata, cruci detractum denuò in veterem amicitiam recepit. Septima furor & insania.

§. XXIII.

Multi præscriptionem inter causas plane remittendi poenam translocant. Id quod tamen Clafen *cap. 13.* non immeritò negat. Quia præscripto delictò, reus non ex gratia veniam criminis & liberationem à supplicio consequitur, sed ipso jure tutus est, cum notum sit, quod præscriptione si nou omnia, multa tamen delicta tolerantur & exstinguantur.

§. XXIV.

Alii & quidem ex Recentioribus adhuc alias causas hujus juris exercendi adducunt. Prima est ingressus regiminis. Secunda insignis obtenta victoria. Tertia auspiciatissimæ & felicissimæ nuptiæ. Quarta natalis filia aut filii. Quinta infigne artificium. Sexta spes ut peccatum egregiis factis eluatur. Septima introitus Principis. Cujus rei exemplum beatus Dn. Stryck in *tract. de jure Sensuum Disp. 7. cap. 3. 26. & seqq.* refert. Sic in Veteri Testamento apud Judæos tempore Paschatos flagitiosissimos dimittere mos fuit. Ut monstrant *Matth. 27. v. 15. & Job. 18. v. 39.* hac etiam ex causa Rex Borussia

ruffiæ, Divæ ac glorioſiſſimæ memoriæ, quondam Dominus meus Clementiſſimus Anno 1701. 18. Jan. Regiomonti peractis ſacris generalem abolitionem quibusdam criminibus tamen exceptis publicari fecit. Uti refert Beatus Dn. Stryck *in uſu moderno ff. de Senatu Conſulto Turpiliano §. 2.* ubi hæc omnia à mero arbitrio Principis dependere aſſerit, quid hac in parte transgreſſoribus indulgere velit.

§. XXV.

Nunc optimè ponderatis veris ac genuinis cauſis pœnas plane remittendi, etiam ordine contemplandæ veniunt, cauſæ ſpuria & adulterina, quæ ex quorundam ſententia pro veris habentur. Inter quas primo reſurgit, ſi reo ad mortem condemnato Cardinalis obviam fiat, quem impoſitione pilei in delinquentis caput à morte eum liberare & ſupplicio eripere poſſe aſſerunt, modo non ſtudio obviam fuerit factus, quod juramento merito aſſerendum eſſe autumant. Mullerus *ad Struv. Exercit. 46. th. 89. lit. N.* Sed cum hæc conſuetudo maximè irrationalis & nihil aliud quam vetuſtas erroris ſit, hinc nihil poterit cogitari unquam abſurdius quam facinoroſum hominem tali occurſu ab ultimo ſupplicio liberari debere. Et Barb. *in tract. de Preſtantia Cardinalium n. 9. queſt. 1.* etiam non immeritò de privilegii hujus valore dubitat.

§. XXVI.

Secundam cauſam tradunt ſi puella vel meretrix ſupplicio deſtinatum matrimonio ſibi aggregari cupiat; hancque in cauſam diverſas rationes protrudunt. Prima eſt favor matrimonii. Secunda quod tali modo meretrix à laſcivo vivendi modo revocetur ac ſic anima ipſius ſalvetur. Sed lubricæ ac parum concludentes ſunt

funt hæ rationes, nam si uxor intercessione sua non potest maritum à mortis supplicio liberare ubi tamen maximus favor est matrimonii, multo minus puella; vel potius impudens scortum id procaci sua petitione facere poterit. Etiam haud credibile est meretricem mores, quos semel in habitum convertit deponere, **Das auß eigner Hure ein from Ehe-Weib werde.** Sed id facilius fiet ut quæ ante matrimonium meretrix fuit, eam in matrimonio adulteram habeat, & cum, quem antequam maritus, collo restim nunc capite cornua gerere videamus. Et meretrices ut ad meliorem reducantur frugem alia prostant remedia. Poenæ & coercitiones hæc efficere valent, ut & ergastulo si includantur, & sic honoris favorque matrimonii maximus est, at haud talis ut poenas nervos Reipublicæ tollere possit.

§. XXVII.

An autem fur suspensus fracta reste vivus in terram cadens denuo patibulo affigendus, an verò mitiori poena mactandus vel planè absolvendus? quæri solet. Quamvis pro sententia affirmativa non desint rationes, cum in dubio benignior sententia semper sequenda, & reus tali miraculoso Dei auxilio poenæ ereptus censeri debeat. Præsertim cum præsumendum, Deum innocentia testimonium tali modo reo præbere & sic plane extra poenam statuere voluisse. Quam sententiam defendit Arumæus *ad Instit. exercit. 17. th. 8. & ad ff. disp. 24. quest. 5. th. 7.* cum multis aliis. Neque ab hac sententia multum est alienus Carpz. *in Praxi Crim. part. 2. quest. 88. n. 40.* cum tamen executio sententiæ ita fieri debeat, ut ipsi per omnia satisfactum sit, hinc verba. **Das er ihme zur wohlverdienter Straffe und anderen zum Abschew mit dem Strang vom Leben zum Todi gebracht**

D

brachs

Bracht werden solle / præcisè sunt exequenda non obstante prætenfa illa miraculosa liberatione. Nam miracula quæ contra naturæ cursum fieri solent eo in casu, in quo alia naturalis ratio ac ordinaria dari potest præsumi ac argui nequeunt. Jam verò hujus, quod rupto laqueo fur suspensus decidit, utique naturalis ac ordinaria causa dari potest, nempe fraus, negligentia & collusio carnificis. Hinc cum idem quoque casus in civitate Alexandria, existente ibi perspicui ingenii Gubernatore contingeret, populusque clamaret liberandum reum, id prædictus sagax Gubernator turbæ etiam in puncto est pollicitus, si nempe iterum suspensus in terram vivus de novo rediret. Reiterata autem nunc suspensione, & quidem duplici laqueo, vitam illicò cum morte commutavit, referente Hieronymo Cagnolo ad legem *favorabiliores n. 11. ff. de Reg. Jur.* pari ratione nullam remittendi poenam legitimam causam esse statuo, si carnificis gladius executionis actus exercentis desiliat, aut si à nece aberrerit, & uno ictu caput non abripiat, quod etiam facile & leviter ex imperitia & collusione carnificis contingere possit. Unde gladio carnificis primo ictu perperam intentato, ut justitiæ planè satisfieret reum altero mortificandum per bene statuit Mevius ad *Jus Lubecense part. 4. tit. 18. art. 1. n. 3. & seqq.*

§. XXVIII.

Vifis nunc veris ac spuris causis impulsivis planè remittendi poenas, opus etiam est ut causas mitigationem poenarum suadentes quadantenus etiam perlustremus (1.) est, delicta inter liberos ac parentes perpetrata. (2.) Si conatus delicti tantummodo adsit. (3.) Spes emendationis. 4. Confessio delicti spontanea antequam reus in carcerem impingatur. Si enim confessione

fessione ejus qui in carcere est minuenda foret poena,
 multa certe delicta impunita manerent. Et sibi intem-
 pestive blandiuntur, qui ex spontanea confessione in vin-
 culis clementiores sese habituros judices opinantur. (5.)
 Diurnitas temporis. (6.) Longa in carcere deten-
 tio, quod tamen non aliter accipiendum quam si reus
 praeter culpam suam, ex sola judicis mora in carcere
 diuturniori detentus fuerit. Nam si ipsemet negando
 delictum moram traxerit, habet quod sibi imputet ac
 pertinacia sua haudquaquam se tueri poterit. (7.) E-
 brietas immodica testibus probata quae ita magna fuit
 ut omnis versa fuerit ratio. Quod vitium autem proh
 dolor! tantas in Germania radices egit, ut Carolus
 Quintus huic potationi remedium dari vix posse existi-
 maverit. Cum enim in conventu Ratisbonensi gene-
 rosa essent vina, multique Germani ex crebris & assi-
 duis comotationibus extinguerentur, Hispani Impe-
 ratorem accesserunt & vehementer urserunt, ut seve-
 rissima poena potationem Germanorum castigaret.
 Quid faciam respondit Imperator, doleo vesaniam me-
 orum Germanorum, sed tam facile illud obtinere, ac
 si vobis Hispanis manus constringere vellem ne furen-
 tur. Herman. Kirchn. *lib. 2. de leg. cap. 3. n. 4.* Et Hen-
 ricus Gōriciae Comes ita huic vitio deditus fuit, ut fi-
 lios suos, qui adhuc intra pubertatis annos erant, &
 apud se in thalamo haberet suo, media nocte saepius
 vocaret num sitirent? interrogare solebat. Quibus
 somno sepultis & tacentibus ipse surgens vinum inge-
 rebat iis, qui recusantibus & vinum evomentibus in-
 terpellans Uxorem: ex altero concepisti meretrix, ne-
 que enim filii mei sunt, qui noctem integram nihil si-
 tientes dormiunt. *En. Silvio. Ansoni. paral. lib. 1. cap. 41.*

(8.) Ignorantia vel facti vel juris in iis personis quibus
 permiffum jus ignorare. (9.) Iufta ira, quia tali mens
 quafi exul, & difficillimum iuftum temperare dolorem.
 (10.) Multitudo liberorum, nifi delictum fit nimis
 grave & liberi femetipfos nondum alere poffint. (11.)
 Meritum & eximia virtus feu infigne artificium quod
 quis caller. (12.) Nobilitas ac dignitas, quamvis Fa-
 bius Arcas fcribat quod pœnæ non folum ipsis non fint
 mitigandæ, fed infuper etiam in honorem conditionis
 acerbiori pœna fint gravandi. Id quod etiam obfervavit
 olim Canutus Rex Daniæ, cum enim aliquando plures
 fufpendere iuffiffet, unus autem eorum putans fe vitam
 redempturum diceret; Se confanguineum Regis effe;
 Rex hoc percipiens, ipsi ut melius cognofceretur, al-
 tiorem furcam cœteris erigere, eundemque fufpendere
 mandavit. Helmond. in *Chron. Slav. cap. 50.* cum qua
 fententia etiam maximè convenit Jus Canonicum in
 cap. homo Christianus dift. 40. ubi habetur, quod propter
 altitudinem dignitatis homo Christianus fortiter
 in peccatum cadit. Item cap. cum quidam, de iurejur.
 ubi dicitur, tanto gravius iudicandum, quanto maiori
 præeminuerit dignitate & eorum exemplo alii ad fimi-
 lia patrandæ potuerint provocari. Hocque eft quod
 dicitur in iudiciis non effe habendam acceptionem per-
 fonarum. (13.) Officii ratio. (14.) Probitas vitæ ante
 actæ. (15.) Ætas nimis tenera vel nimis provecæta &
 valde ingravescens, fenes enim bis pueri. (16.) Melan-
 cholia & (17.) imbecillitas fexus. Clafen *d. rr. cap. 14.*

§. XXIX.

Num caufa ac ratio mitigationis ac remiffionis pœ-
 narum à fuperiore neceffario in fententia exprimi de-
 beat multi quærunt. Afseverantes hoc fundamento
 fele



sefe fulciunt, quia ubi à regulis juris communis receditur causam in sententia esse adscribendam. Ego verò illis calculum addimus, qui sufficere arbitrantur, si causa in sententia saltem in genere exprimat V. G. justis de causis nos moventibus Germ. *gestalten sachen nach / vel auch hiezu bewegenden ursachen /* quia semper firma in dubio præsumptio est pro iudice. Carpz. *part. 3. quest. 42. n. 53. usque ad finem.* Quem laudat Lauterb. *in Collegio theor. pract. ad tit. ff. de pœnis.*

§. XXX.

Quemadmodum verò Princeps plurimum pœnas capitales si Rempublicam faustam & salvam servare velit exercere debet, ita hic non immerito resurgit quæstio: num executione peracta punitorum cadavera sint terræ tradenda? hoc quod prima fronte videtur, cum non modo honestas sed & salus Reipublicæ ita efflagitat ob memoriam conditionis humanæ, & ob resurrectionis symbolum nec non deforme spectaculum, ne eodem vivi se contaminet; ast hæc ratiocinia consuetudini, qua suspensorum ac rota punitorum cadavera insepulta relinquuntur, nihil derogant, nam cadavera intuitu & exemplo terroris aliis incutiendi suspensa vel rotæ affixa & insepulta relinqui possunt. Quemadmodum etiam pœnæ loco insepultos fuisse abjectos Reges captos *70f. 10. Goliathi corpus. 1 Reg. 17. Jezabelis Reginæ uxoris Achabi, sacræ testantur Literæ.* Quare nec suspensus de furca tolli potest sine licentia Magistratus, qui tulit sententiam *l. 1. in fin. ff. de cadaveribus punitorum Pet. Heigius part. 2. quest. 37. n. 31. & seqq.*

§. XXXI.

Quantum ad cadavera punitorum, num Medicis ad Anatomiam concedi possint, quæritur? Quod licet

dubium esse possit, cum fieri vix queat, ut Anatomia in contumeliam puniti propinquorum non tendat, nequam tamen negandum hoc est si causam utilitatis publicæ perpendamus, ob quam injuria non censetur *L. quod Reip. ff. de injuriis.* maximè cum & alias quod in communi omnibus prodest privatorum utilitati privatæ præferri debeat. *l. un. §. final. Cod. de cadav. toll.* Certum namque est, quod dissectio hujusmodi à Medicis publici boni intuitu, & ut exinde perfectior Medicinæ cognitio comparari, & ad alios curandos peritiores ipsi evadere & circumspectiores accedere possint, suscipiatur. Pet. Theodoricus in *Colleg. Crim. Diss. 10. th. 6. l. C.* accedit puod cadaveribus alioquin in furca relinquendis, Medicorum beneficio sepultura honesta contingere possit. Matth. Wesenbecius & Duarenus *ad tit. de de cad. pun.*

§. XXXII.

Cum etiam poenarum executio absque sumptibus fieri nequeat, sicuti nec processus criminalis absque erogatione expensarum agitari & expediri potest, haud immeritò circa poenæ executionem quæritur, si Judex ex officio procedat uter reus vel Fiscus expensas criminales solvere teneatur? Ego quidquid statuit Carpz. *Praxi Crim. part. 3. quæst. 138.* puto reum eas ferre debere si patrimonium ad has adhuc sufficiat, quanquam etiam morte punitus fuerit.

§. XXXIII.

Licet multi negent haud fas esse Principi, quando carnifex aut Minister justitiæ nullus adest, ob publicam utilitatem, vilem personam vel etiam quandam ex captivis facinorosis vel ad opus publicum, vel ad mortem condemnatis aut condemnandis ad execuendam

dam poenam cogere, promissa etiam condemnato aut condemnando impunitate. Cujus rei refert notabile exemplum Bodinus *de Rep. lib. 8. pag. 564.* his verbis: Gandavi quondam obtigisse accepimus, quod Judex patrem & filium ejusdem sceleris convictos, ac damnatos fortem ducere jussit uter utrius carnifex esset, patri fors obtigit; sed cum aetas ingravesceret jam sua, precibus eblandita gratia obtinuit, ut filius aetate robustior eo munere fungeretur. Ergo filius intrepidè patris jugulum hausit. Verior tamen est sententia affirmativa.

§. XXXIV.

Quantum ad materiam ac objectum hujus juris obtinet, diversa ac non unanimis est Doctorum opinio: plurimi enim statuunt Judicis aggratiantis manus esse ligatas, in iis delictis quibus poena à Deo in Sacris Literis omnibus ex causa perpetua est praestituta: utpote idololatria, blasphemia, magia, homicidium, latrocinium, adulterium, raptus, incestus inprimis inter ascendentes & descendentes commissus & Pet. Heigius *quest. 24. n. 42.* scribit: Ne quidem Imperatori ex plenitudine potestatis manifestum homicidam mortis supplicio eximere posse. Ex ratione quod sit inferior legibus Divinis, nec legum Divinarum Dominus sed Minister reputandus. Adduntque loca *Gen. 9. v. 5. 6. Exod. 21. v. 12. Levit. 20. v. 15.* & plura alia. Vide etiam adhuc Ziegl. *de Jur. Maj. cap. 8. §. 3.* & ad Grotium *lib. 20. c. 22.*

§. XXXV.

Alii verò hæc ita exponunt quod Principes quidem sine urgente causa in his mortis supplicium remittere non possint, ex urgentissimis verò rationibus & singularibus

gularibus circumstantiis mitiorem pœnam dictare & ponere queant. Et in hac sententia est Clafen *de Jur. aggrat. Lynck. ad Tuberum de Jur. Civitatis*. Puffendorff *de Jur. Nat. & Gent. lib. 8. cap. 3. §. 26.* ubi tamen inquit se nolle suadere ut Princeps circa hanc dispensationem sint nimis faciles. Et hæc sententia etiam haud videtur irrationalis.

§. XXXVI.

Causam aggratiandi formalem multi consistere putant in juris ordinarii derogatione, si scilicet juri ordinario quoad obligationem pœnalem derogaetur, & à supplicio in legibus definito reus absolvatur, quod sanè & rectè quidam negant, statuentes quod vera ac formalis ratio hujus juris consistat in Principis gratia atque clementia, neque rationem formalem derogationem juris ordinarii esse posse, quia hæc resultat ex gratia & clementia remittendi, vel alterandi pœnam jure ordinario præfinitam.

§. XXXVII.

Proprium finem hujus juris plurimi esse conjecturant, ut sublimis Majestatis potentia tali modo revera in actu optime ostendatur, quæ sententia etiam à multis ut inanis & futili ratione stabilita rejicitur. Etenim Princeps variis ac diversis modis potestatem suam notam facere potest, ut necesse haud sit, nocenti parcere aut mitiori pœna afficere, ut vires absolutæ suæ potestatis planas reddat. Ergo cum aliis meritò puto verum finem hujus juris esse æquitatem, præsertim cum æstimatione delicti perpenis probè circumstantiis quod æquum & benignum est eligitur. Pœnæ enim ita semper temperandæ sunt ne delinquentes plus habeant afflictionis, quam Respublica inde utilitatis ferat.

§. XXXVIII.

§. XXXVIII.

Nunc presè effectus hujus juris paucis perlustrandus. Operatur non tantum ut crimen sit condonatum, sed etiam ne denuò reus desuper accusari possit. An verò aggratiatio operetur restitutionem honoris, famæ, & omnium bonorum ac pristinorum jurium quaeritur? distinguere solent Doctores inter restitutionem generalem & specialem seu plenam & minus plenam, ita ut non generaliter sed specialiter restituti omnia pristina jura recipiant V. G. si princeps dixerit: ego honori, ordini & omnibus cœteris te restituo. Hinc dicunt quod verba rescripti bene semper inspicienda, nam si rescriptum illud saltem loquatur de remissione poenæ, gratia non extenditur, nisi ad solam poenam quæ est sublata vel alterata. Si verò restitutio sit facta plena in rescripto gratiæ, tunc ad famam, honorem, & omnia pristina jura extenditur. Sunt enim ejusmodi rescripta stricti juris & ultra id quod in iis expresse constitutum non protelanda. Non autem in restitutione plena sunt semper expressa verba necessaria, sed facta æquipollentia sufficiunt, utpote in bello, quando duces ex gratia famæ quem restituunt, dum flexo poplite in præsentia commilitonum vexillum aliquoties ejusdem quasi supra caput rotatur & in gyrum circumducitur. **Was man über ihm das Sähnlein schwenecket.**

§. XXXIX.

Quamquam autem restitutio plene facta plurimum proficiat, tamen nihil operatur circa bona à fisco particulariter alienata, cum beneficia Principis jus tertio acquisitum non lædant. Quamvis Fiscus omnibus bonis sub hasta venditis pretium rerum venditarum restituere teneatur. *Zoel. de sententiam possis & rest. n. 7.*

E

§. XL.

§. XL.

Quando autem Princeps semel veniam vel gratiam concessit, illam ob fidem semel datam revocare non potest, quia in Principe, uti in fonte justitiæ constans voluntas requiritur, hinc Philippus magnanimus Landtgravius Hassiæ tres esse Principis notas dicere solitus fuit: Monetæ bonitas, itinerum securitas & in servandis promissis fides: *Man soll einen guten Fürsten kennen bey reiner Straf / guter Mühs und Haltung bey scheinener Zusage.* Ac Carolus V. dixisse fertur, quod si fides toto orbe exularet, illam tamen apud Imperatorem vel Principem consistere oportere, nec ullius rei gratia labefactandam aut mutandam esse, sicuti ex Sleidano *de Statu Relig. & Reip. tradit.* Castritius *de Heroicis Principum Germania virtutibus.*

§. XLI.

An autem successor gratiam ab antecessore factam revocare possit, ponderandum nunc erit. Ego meritò cum aliis distinguendum puto, inter successorem qui est hæres ut talis, & non est, ita ut posterior factò sui antecessoris stare minimè teneatur. Iniquum enim esset, si antecessori liceret successoris conditionem deteriorem facere, debitamque ipsi libertatem auferre. Quam rationem Doctores assignant etiam communiter, quando Prælatum negant teneri ad conferendum feudum, quod cum nondum apertum esset, ab antecessore promissum modo erat. Rosenthal *cap. 3. concl. 16. n. 13.* Qui enim non potest alicui tollere actum, nec is potest auferre potentiam. Et hac etiam ex causâ Pontifices succedentes, concessas gratias prædecessorum suorum revocant, prout Bonifacius Octavus Nicolai Quarti & Coelestini Quinti expectationes annullavit & planè irritas fecit.

§. XLII.

§. XLII.

Quid si reus in uno territorio veniam delicti à Principe obtinuerit, an per id in alterius territorio Principis securus reddatur, quæritur? Et quamvis pro affirmativa sententia rationes non desint, nempe quod abolitione concessa plena securitas quoad poenam etiam sit data, tamen negativa sententia plausibilior, sanior ac evidentior videtur. Etenim quemadmodum nihil certius, quam quod vires Imperii unius Principis sese extra limites Imperii sui haud quaquam dilatent. Sic etiam sua sponte fluit, actus superioritatis ac jurisdictionis alterius Principis tali modo minimè inutiles reddi ac suspendi posse, nam propria affectio summi Imperii, à nemine dependentis est, quod actus legis alterius voluntatis arbitrio infringi non possint. Et ut quis propriae voluntatis, leges ac poenas mutare possit id ipsum ex libertate est.

§. XLIII.

Differt ab indulgentia ac aggratiatione abolitio consuetudinaria, hæc enim reo nondum superato sed certis iudiciis solum modo gravato, & ita ante sententiam definitivam concedi solet, hac efficacia ne inquisitio ulterius suscipiatur.

§. XLIV.

Ad aggratiationem etiam referri solet decimatio, si nimirum plures simul deliquerint, per sortitionem quidam saltem poenæ subjici, quidam verò illa liberari verè possunt. Ubi enim plures deliquerunt, omnes sæpe ob multitudinem puniri non possunt, & hic tum sufficit, ut metus ad omnes, poena autem ad paucos perveniat. Et hujus iudicii fortis exemplum refert Joachim Burger *cap. 2. Obs. 65.* ubi scribit sic & iudicium fortis in delicto

delicto desertionis hodiernum observari solet; quem admodum legio equestris Martel jussu tunc temporis Archiducis Austriae Leopoldi ob desertionem praelii Lipsiensis decimata, ita ut singuli turmatim praefecti & eorum decuriones gladio, Vexilliferi vero & reliqui Officiales, ut & decimus quisquis equitum forte ductus suspendio perierint.

§. XLV.

Contrarium veniae delicti impetratae est, si quis per falsitatem precum & dolosam suppressionem veritatis ac circumstantiarum eam obtinuerit. Nam rescripta haec semper hanc tacitam conditionem in se continent: si preces veritate nitantur, hinc etiam veniam impetraturo summe necessarium est, singulas facti circumstantias sollicitè & apertè in supplicatione exprimere, ne Principem novo gravante delicto nempe mendacio contra officium civis malitiosè eludat & eum justè ad acrimoniam poenae infliget.

S. D. G.

COROLLARIA.

I.

Promissio literis aut per nuntium absentis facta, ante acceptionem alterius, mortuo promissore non est valida.

II. Per testamentum derivative transfertur dominium.

III. Qui ex emulatione aedificat, is non solum agit contra charitatem, sed etiam contra justitiam.

IV. Si quis gravidam vel corruptam pro virgine duxerit, huic permittendum divortium.

V. Concessis ad tempus literis moratoriis, si interim debitor ad pinguiorem fortunam respiraverit, validè
actio

actio & executio potest institui.

- VI. *Obligationi prescriptione semel sublata non potest accedere fidejussor.*
- VII. *Imperator non potest se alterius protectioni submittere insciis statibus.*
- VIII. *Princeps summa urgente necessitate collectis non sufficientibus, ad reprimendum imminens periculum, civitates, oppida, villas, collegia, divites ac opulentos subditos ut tantum quantum sufficit sub specie tantum mutui imposterum restituendi, exsolvant, cogere potest.*
- IX. *Civitas consensu subditorum stabilita, nullo antegresso delicto subditum non potest ejicere territorio.*
- X. *Male Majestas in realem ac personalem distinguitur.*
- XI. *Capivus ab hoste valide se pacto adstringere potest etiam inscia civitate sua, se arma non gesturum adversus civitatem capientem durante bello offensivo, non vero defensivo.*
- XII. *Regnum alicui ac successoribus descendentiibus solummodo à populo delatum semper indivisibile manet.*

Quos juvat ancipitis diffusa volumina JURIS
 CAUSARUMQUE graves perdidicisse vias:
 Qui norunt dubios rerum dissolvere casus,
 Ut plures calamo consilioque juvent,
 Perplexosque sinus verbosaque pondera Legum
 Volvere solerti mente manuque solent:
 Quis datur arcanos rigidosque recludere sensus
 Sacraque praelustris pandere iussa Fori:
 Inter honoratos tractare negotia PATRES
 Quos decet, exactæ dexteritatis opus,
 Quia patet ASTRÆ GEMINO de Fonte recessus,
 CODICE quas vasto pagina fundit opes:

His THEMIS ad summos generosum lumen Honores
 Prætulit: Hos laudum laurea certa manet!
 Spondet & eximios propius jam fama triumphos,
 Qualia CONSULTI ferre brabæa solent:
 Talis eris ALBERTE sagax, dum fracta CLIENTUM
 JURA fovere piâ sedulitate paras:
 Si teretes laqueos atque artes mille nocendi
 Impiger expeditas compositasque plicas:
 PENDERE JUS RERUM; non RUS PRENSARE REORUM,
 Hic TIBI sit propriæ laudis & artis apex!
 Hunc testem TU mente feras, Jus omnibus æquâ
 TE dixisse fide! Disce timere DEUM,
 Qui scelereum Judex summus qui testis & ultor
 Ad sua nos omnes justâ tremenda citat!
 Sic DEUS ille TUUS rerum Tutela Tuarum
 Ac Defensor erit! pellere perge nefas!
 Macte TUIS ausis! magnum mox nomen habebis,
 Prælucens aliis JURIS UTRAMQUE facem!

Hac

*Nobilissimi D. CANDIDATI
 Honoribus lubentissimo animo
 adspersit*

L. H. STUMPHIUS.

S bald ein edles Reiß der Tugend will bekleben /
 Verwelcket was vorhin ein Adams trieb gesät:
 Die Raupen müssen hier entfernt den Grängen bleiben /
 Ob gleich die Rebe noch mit Knospen trägtig steht.
 Hingegen zeigt Sie / zuweilen zucker Früchte /
 Wan man noch vor der Zeit die Blüthe warten soll:
 Und führet aller Welt zum pessen zu Gesichte /
 Wie man hier erndten kan / mit gangen Händen voll.
 Diß zeigest du mein Freund in einem hellen Spiegel
 Ob sich kein Dinsel gleich in meinen Händen regt:

Wann

Wann is die Themis dir mit einem Rohten Siegel
Den Rechten Ehrenpreis umb deine Sünde legt.

Dieses sehet dem H. CANDIDA-
TEN als seinen wehrten Freund
und Commensali glückwünschend

H. T. M. de PLETTENBERG.

UT gravidante sinu, nunc flavida terra superbit
Atque suum granum quælibet herba gerit,
Sic quoque procurvas exposcunt germina falces
Quis patet Ingenium luxuriare tuum
Namque fatis lepidè, jam nunc conflavuit arvum
Dum tandem fructus carpere tempus adest.
Falcibus ergo manus & falcem frugibus apta,
Atque feres opera præmia digna tua.

*Nobilissimo Domino CANDIDATO ac Amico
eandem nativitatis & originis Civitatem me-
cum habenti, cum appreciatione omnigena fe-
licitatis apponebat*

HENRICUS à DIEST.

W Er diese Bogen will mit grunde recht einsehen /
Der triffe in selbigen so viele Sachen an /
Dass Er nicht nöthig hat / lang in sich selbst zu geben /
Und fragen / ob ein Fürst scharff und sanft straffen kan ?
Hier wird Ihm fürgestellt der Potentaten Rechte /
Wie weit auch derer Macht sich an der Straffen bindt.
Ob Sie in diesem Stuck seynd Herren oder Knechte ?
Dass Sie das simple Gfesz zu halten schuldig sindt.
Es kan ein Potentat (wie hier Herz ALBERTS schreibet)
Aus seiner hohen Macht zu des Verbrechers Gunst
Die harte Todes-Straff nachgeben / und es bleibet
Das General-Gefesz dennoch bey seiner Kunst.

Mein)

Allein! wie kan es doch (mögt mancher hier wohl denken)
 Wohl immer möglich seyn / daß Sich ein Fürste kan
 Von selbstn unterstehn / und einem Mörder schencken
 Das wohl verdiente Schwerdt? Solls das sein recht gethan?
 Muß einem Mörder nicht / der einen hat erschlagen
 Mit Unrecht und Gewalt! das scharffe Henders Beil
 Die Seel hinwiederum aus seinem Leibe jagen?
 Damit befördrert werd des Landes Glück und Heil?
 Biewohl! was will man hier die Tummeln viel belehren!
 Wer nicht der Fürsten-Recht und derer Macht erkennt!
 Der wird ja freylich nicht an derer Grund sich kehren!
 Wie die Rechts-Lehrer es vorhin allzeit genennet!
 Auch noch der Meinung seyn / davon Exempel zeugen!
 So kan ein Potentat / wo nicht aus eig'ner Macht!
 Dennoch nach Gott- Civil- Moral-Gesetzen zeigen!
 Das Pardonirungs-Recht sey Ihme zugedacht.
 Wer dieser Meinung nicht gedendet bezupflichten!
 Dem gibt Herr ALBERTS jezt / die Ursach an die handt!
 Mit Ihme diesen Punct sein wacker durchzuschlichten!
 Ein jeder sey Ihm nur mit Grunde woll bestant.
 Ich weiß Er wird geschwind! die Zweiffels-Knoten brechen!
 Und kein Philosophus mit seiner zarten Krafft!
 Soll Ihm den klaren Grund verdüstern / sondern sprechen!
 Herr ALBERTS hat sich nun mit Ruhm hindurchgebracht.
 Wohlan dann! wehrter Freund / schick Dich nur zu das streiten!
 Und trage / wie Du sollst davon den rechten Lohn;
 Die Themis will dafür die Sieges-Kron bereiten!
 Die Du sters tragen sollst / als Ihr geliebter Sohn.

Dieses sehet seinem wehrtesten Freund
 bey rühmlichst gehaltenener Dispu-
 tation gluckwünschend

J. H. B. L. J. P. A. G.

ULB Halle
001 596 608


3



V017







8 Q. D. B. V. Cr. 6. num. 8.
DISSERTATIO INAUGURALIS
JURIDICA,

De 1713/11
JURE PRINCIPIS
CIRCA POENAM,

P. 432

Quam
ANNUENTE DIVINO NUMINE
Ex


DECRETO
Excellentissimi & Amplissimi

LECTORUM ORDINIS
in Regia quæ Duisburgi Clivo-
rum floret Universitate

PRO LICENTIA
Summos in Utroque Jure Honores, Immunitates &
Privilegia rite ac more majorum consequendi

Publicæ Eruditorum disquisitioni submitter.

WILHELMUS ALBERTS,
CLIVIA CLIVUS,
Ad diem Julii, horis locoque consuetis.



Börner.

DUISBURGI ad RHENUM,
Typis JOANNIS SAS, Academiæ Typographi,
Anno M DCC XIII.

